Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



q decima dictorum duorum mansorum pertinet
atque spectat ad ecclesiam talem et ipsius
rectorem. Quare non obstante frivola excep-
tione pronunciandum fore pro parte sua et contra
partem adversam iuribus beneficiis in omnibus
sibi salvis. etc.

Terminus ad duplicandum

Quo adveniente termino videlicet lune die xx.
predicti mensis Septembris hora et loco pre-
scriptis prefato domino Officiali Iudice ad redden-
dum iura Iudicio presidente comparentibus
procuratoribus partium coram eo ibidem prefatus M.
N. procurator et procuratorio nomine partis sue dicens
se hodie habere terminum ad duplicandum. Et pro sa-
tisfactione huius termini verbo generaliter duplicavit
et duplicando dixit quod huiusmodi replicatio
nec iuris nec facti veritatem continet sed
pro parte sua fore pronunciandum huiusmodi replicatione
non obstante. Mox quoque prefati partium procuratores
ad requisitionem dicti domini Iudicis renun-
ciaverunt ulteriori productioni testium hinc
inde in presenti causa concludi petiverunt.
Tandem prefatus dominus Iudex de consensu
partium in presenti causa concludit et habuit pro